



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 137. Eduardi Lusitaniæ Regis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

bus illustris, atque optima, & liberali indole longe præstantissimus.

Sæcul. XV.
A.C. 1438.

Lacerabatur reliqua etiam Italia continuis belli furoribus, quibus Philippus Mediolanensium Dux, & Veneti simul ac Florentini adinvicem collidebantur. Inter alia Historicorum testimonia reperitur, quod Cretenfis quidam, nomine Sorbolus, cum in subsidium urbis Brixiae necessaria classis deesset, duas triremes, quatuor celoces, ac scaphas viginti quinque per ducenta amplius passuum millia, perque inaccessibleis ferme altissimorum montium rupes, ac scopulos feliciter, summo licet labore ad urbem deduxisset, totumque opus trium mensium spatio perfecisset. Simile quoque facinus Mahometes in obsidione Constantinopolis edidisse refertur.

Blondus
l. 5. Decad.
8. 9. 10.

Vide. Lib.
CX. §. 101.

§. CXXXVII.

Eduardi Lusitaniae Regis obitus.

Hoc anno die decima nona Septembris, juxta Spondanum Eduardus Lusitaniae Rex rebus humanis excessit ad Thormare coenobium, quo se ad evitandam pestem, quæ regnum suum affligebat, contulit, sed eodem morbo ibidem correptus obiit. Petavius in sua chronologia Regis hujus mortem in nonam Decembris currentis anni millesimi quadringentesimi trigesimi octavi incidisse

Mariana
lib. 21. c. 13.

Histor. Eccles. Tom. XXVII. Dd obser-

Sæcul. XV. observat. Agebat Eduardus annum vi-
A C. 1438. tæ suæ quadragesimum septimum, Re-
 gni vero quintum. Tres reliquit Filios
 sub cura & tutela Eleonoræ Matris, quo-
 rum natu major Alphonfus ejus nominis
 quintus Patri successit; Ast cum non-
 nisi sexennis esset, primo quidem Eleo-
 noræ ejus Matri Regni administratio a
 Lusitanis delata est, hæc vero dein Ca-
 stellam se recipere coacta, ibidem mi-
 sere vitam finivit. Regina adeo in-
 gne expulsa, Lusitani Petrum Comiti-
 bricæ Ducem, pueruli Regis patruum
 Regni administratorem constituerunt.
 Hic Alphonso Filiam suam nuptui dedit.
 Postea tamen & ipse in exilium pulsus
 in pugna propriis Alphonfi manibus oc-
 cubuit, ejusque corpus inter occisorum
 cadavera aliquamdiu insepultum
 jacuit, nemine Petri funus
 curante.

